



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentaria Ac Disputationes In Primam Partem Divi Thomae

Cvm Variis Indicibus

De Deo Effectore Creaturarvm Omnium. In tres præcipuos Tractatus
distributa. Quorum primus De Angelis

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1621

XIII. Utrum peccatum Luciferi fuerit circa excellentiam vnionis
hypostaticæ, illam suæ naturæ inordinate appetendo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-84413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-84413)

28.
Ad testimo-
nia Scriptu-
rain. 1.

Per quam responsionem explicat nobis Anselmus testimonia Scripturæ, & Patrum in principio adducta. Nam duplex est similitudo Dei, vna æquiparantia, alia participationis. Prior est impossibilis, posterior vero possibilis, & potest ordinate & inordinate appeti. Scripturæ igitur loquuntur de similitudine participata inordinate concupita, sic enim etiam dicunt hominem peccasse, appetendo similitudinem Dei, cum tamen constet, non naturalem similitudinem, quæ est per æqualitatem, seu æquiparantiam, appetuisse. Item vbi Scriptura magis declarat obiectum superbiæ angelicæ, simul quorundam humanorum regum superbiæ exaggerat, vt supra vidimus, ergo sicut respectu hominum non indicat appetitum æqualitatis cum Deo, sed nimiam cupiditatem imitandi excellentiam eius, ita etiam de angelo intelligendum est. Et in eodem sensu loquuntur ordinariæ Patres, quod de cæteris præter Nazianzenum manifestum est. Veruntamen etiam ille non aliud intendit: præsertim cum in d. orat. 27. solum dicit Luciferum intolerandum existimasse, se, cum diuinus esset, non Deum quoque existimari. Vbi cum ait: Cum diuinus esset, aperte fatetur Luciferum optime cognouisse, se tantum habere quandam diuinitatis participationem, hoc enim nomen diuini, significat: excessisse autem appetendo existimari Deum, id est, soli, ac tractari, ac si esset Deus.

29.
Altera solu-
tio pro no-
stra senten-
tia.

Vnde vltius addimus, duobus modis posse aliquem diuinam æqualitatem appetere, scilicet, formaliter, & expresse tendendo in illam, tanquam in proprium obiectum concupitum, vel tantum implicite, seu virtualiter, & secundum moralem imputationem. Priori modo negamus, dæmonem peccasse appetendo æqualitatem Dei. Neque Nazianzenus, vel alii Patres id asserere intenderunt. Posteriori autem modo dici potest Luciferi Dei æqualitatem appetuisse, quia, vel voluit aliquam excellentiam Dei propriam, non considerando illius proprietatem, & singularitatem, vel quia præter diuinum ordinem, & pro sola suæ voluntatis mensura excellentiam appetiit, quod etiam in solum Deum conuenire potest. Et in hoc sensu dicit Nazianzenus appetuisse Luciferum regale solum, ac decus, ac subinde esse Deum. Et similiter alii Patres dicunt appetuisse nulli subiici, quia ita se gessit, ac si nulli esset subiectus. Et idem est de similibus locutionibus. Neque hoc est mirum, quia omnis peccator dicitur in se constituere vltimum finem, & consequenter seipsum pro Deo habere: iuxta illud Pauli ad Phil. 3. Quorum Deus venter est, & illud Ephes. 5. Auaritia, quæ est idolorum seruitus. Vnde Anselmus lib. de similitudinibus, cap. 6. & 7. superbiæ, quæ est initium omnis peccati, dicit esse propriam voluntatem. Multo autem specialiori ratione hæc dicuntur de superbo, qui excellentiam diuinam inordinate affectat, & ob eam rem in suum honorem, & gloriam omnia refert, quod maxime fecisse Luciferum credendum est, vt ex discursu sequentium capitulum magis explicabitur.

CAPVT XIII.

Utrum peccatum Luciferi fuerit circa excellentiam vnionis hypostaticæ illam suæ naturæ inordinate appetendo.

i. **P**unctum hoc prius de possibili disputandum est, & postea de facto, in his enim ex diuersis principiis procedendum est: nam primum ratione potest de possibili inuestigari, & discuti, secundum autem ab auctoritate pendet, quamuis etiam coniecturæ in illo aliquid valere possint. Veruntamen etiam disputatio de possibili duplex esse potest. Nam disputari potest, si simpliciter, & absolute, nulloque statu rerum, vel in seipsis, vel in diuina prædestinatione supposito, & si

possibile fuerit in Lucifero hoc genus peccati: vel etiam potest interrogari, an supposito modo, quod Deus angelorum, & hominum prædestinavit, potuerit Angelus dicto modo peccare. In priori sensu videtur potest hoc peccatum impossibile Angelo, quia non potuit Angelus circa illud obiectum peccare, nisi cognitione vnionis hypostaticæ supposita. Quomodo enim appeteret, quod non cognosceret, & bonum naturæ suæ conueniens apprehenderet. At vero talis cognitio erat impossibilis Angelo in sua natura simpliciter spectato, ergo. Hæc vero ratio refertur quidem probat, non potuisse Angelum in pura natura simpliciter circa hoc obiectum peccare: quia per se solum naturalem vim cognoscere non potuit illam vnionem, vt possibile, & consequenter nec vti illi conuenientem, vt in libr. 2. dictum est. Nihilominus tamen inde non colligitur impossibilitas simpliciter, sed tantum ex suppositione talis status, vtique quod Angelus sit in puris naturalibus, nullam habens reuelationem talis mysterii: & hanc impossibilitatem plane confitemur, quia nec peccari potest sine cognitione, nec cognitio talis mysterii, imo fortasse nec illius apprehensio sine aliqua reuelatione haberi potest.

Adhuc vero superest dubium posita reuelatione: & ratio dubitandi est, quia, vel Angelus creditur tali reuelationi, vel non credit, si non credit, etiam potest per infidelitatem, vel etiam per alium modum superbiæ, ex qua hæretici nasci solet, nihilominus non peccaret per superbiæ, illam excellentiam appetendo, quia supponitur iudicare illam vanam, & impossibilem per infidelitatem. Si autem Angelus fidem præbet reuelationi: tunc aliqui dicunt, non potuisse omnino illam appetere, & consequenter neque circa illam per superbiæ peccare. Assumptum probant, quia illa appetitus est contra naturale desiderium propriæ conseruationis, quia per vnionem hypostaticam destrueretur Angelus, quod illam appetere: nam facta vnione non maneret idem Angelus, qui illam appetierat, & sic illam appetendo, suam destructionem appeteret. Sed hæc assertio contra experientiam est: nam quilibet nostrum potest appetere vnionem hypostaticam suæ naturæ cum diuina persona, saltem affectu simpliciter, seu conditionato. Et ratio est, quia illa vnio est maxima perfectio propriæ naturæ, & sine errore indicatur possibilis, & maxime conueniens appetenti: quia melior illi esset habere suam naturam in Verbo Dei, vel alia Trinitatis persona, quam in proprio supposito. Et ratio obiecta parui est momenti, nam si Deus assumeret meam naturam, ego ipse reuera manerem, quia remaneret eadem individua natura, licet in diuersa persona, quod non oblat, quominus maneat idem numero homo, iuxta probabilioris doctrinam. Nec refert, quod non maneret eadem persona, quia per hoc solum variaretur in me quidem modus existendi meæ naturæ, & locolius daretur modus vnionis cum diuina persona, qui longe excellentior est, & secum quamplures perfectiones affert. Et ideo etiam naturali actu, id est, virtutibus liberi arbitrii elicitu, potest angelus illum modum existendi suæ naturæ appetere, & propriæ Libertatis illum præferre.

Hinc vero dixerunt alii, licet potuerit Angelus illud bonum sibi appetere, non tamen in eo peccare, quia ille appetitus non esset malus, neque peccatum, quia est de bono honestissimo, & maxime amabile propter seipsum. Item quia appetere sanctitatem bonum est: at vero appetitus vnionis hypostaticæ est appetitus maxime sanctitatis, in nocentibus, & cuiusdam impeccabilitatis per gratiam possibilis. Item non esset angelus tam stolidus, vt appeteret bonum illud tanquam propriis viribus acquirendum, vel promerendum, quia hoc sine magno errore naturali luminis contrarium iudicare non posset: desiderando autem

Nihil confi-
cit.

autem beneficium illud ex Dei potentia, & liberalitate, nihil peccaret, ergo. Verumtamen his rationibus ad summum probatur appetitum vnionis hypostaticæ non esse intrinsece, ac perse malum, ac proinde posse haberi sine vilo peccato, quod libenter admittimus. Tum propter rationes factas, tum quia esse posset talis appetitus ex honestissimo motiuo, quale est propter maiorem vnionem cum Deo, vel propter maiorem elongationem à peccato, vel propter maiorem Dei cognitionem, vel similia, quæ facile exco- gitari possunt: sic enim supra dicebamus, posse hominem sine peccato appetere conditionate quãdam proprietates Dei simpliciter impossibiles creaturæ, vt elicere actum amoris Dei infinite intensum, vel ad hunc finem cognoscere Deum, quantum cognoscibili- lis est, vel habere impotentem naturalem peccandi, salua libertate, &c. Nihilominus tamen non probat illa ratio non posse illum appetitum esse malum, & peccatum, vt statim explicabimus.

4. Aliud quorundam fundamentum.

Tertio enim dixerunt alii (vt fertur) illum appetitum esse quidem posse cum peccato, non tamen vnquam fore peccatum superbie. Declarant, quia ille appetitus solum potest esse malus, si à Deo prohibetur positua lege, quia ex sola rei natura non est præceptum illum appetitum prohibens: at vero posita prohibitione peccatum contra illam non esset superbia, sed esset, vel inobedientia, vel nimis amor sui. Sed in hoc dicendi modo aliqua falsa continentur. Vnum est, appetitum vnionis hypostaticæ, seclusa positiua prohibitione Dei, non posse esse malum. Probat namq; oppositum, quia sine tali prohibitione posset appeti ex motiuo recte rationi contrario: vt si angelus appeteret illam vnionem, vt aliis omnibus dominaretur, vel vt diuinis honoribus fru- retur: sine dubio talis appetitus esset malus, non quia prohibitus, sed potius prohibitus, quia malus, ac subinde non positiua prohibitione, sed naturali. Simili modo esset malus, si in contemptum aliorum haberetur, vt esset in angelo, si in contemptum huma- næ naturæ sibi illam vnionem appetiisset, sicut multi credunt in facti contingentia euenisse. Vnde colligitur secundo falsum esse dicere, non posse in tali affectu malitiam superbiæ inueniri: quia talis appetitus vnionis hypostaticæ sub tali motiuo grauissima superbia est. Probat, quia ipsa vnio est magna excellentia, & ex quo cunq; illorum motiuorum appeterit sub ratione inordinatæ excellentiæ amabitur, vt per se patet. Deniq; falsum est, non potuisse esse peccatum superbiæ, etiam si esset malum, quia prohibito lege diuina positiua. Quia etiam si demus, appetere Episcopatum, non esse perse, & intrinsece malum: nihilominus, si Deus ex principali intentione vitandi ambitionem, & superbiam, illum appetitum prohiberet, transgressio illius legis esset superbia: ita ergo esse posset in presenti materia. Et ratio generalis est, quia lex positiua constituit actum in specie virtutis, ad quam materia legis, & intentio legislatoris præcipue pertinet, vt ex materia de legibus supponimus. Igitur ex parte materiæ, seu obiecti, non repugnat hunc appetitum esse peccatum superbiæ, siue legi naturali, siue positiua contrarium.

Impugna-
tur primo.

Impugna-
tur secundo.

Impugna-
tur tertio.

Secundus sensus iam de possibili, an scilicet supposito modo, quo sus questio- nis de possi-
bili sententiæ Theologis affirmant in hoc sensu fuisse impossi-
bilitate peccati luciferi peccatum fuisse in appetitu vnionis hypo-
statiæ. Fundamentum præcipuum est, quia iuxta opinionem, quam multi D. Thomæ attribuunt, Deus secundum ordinem rationis prædestinavit Incarnationem post peccatum luciferi absolute præ-
sum, ergo non potuit luciferi peccatum habere pro obiecto Incarnationem, supposita Dei præscien-
tia, & prædestinatione. Antecedens probatur, quia Deus non præordinauit Incarnationem, nisi post præ-

sum peccatum Adæ, quia principaliter, & quasi ad- æquate in remedium illius præordinata est: ita vt si Adam non peccasset, ex vi præsentis decreti præde-
stinatio non fieret, vt auctores huius opinionis con- tendunt: sed peccatum Adæ supponit peccatum an-
gelorum ordine causalitatis, quia malus angelus fuit causa inducens hominem ad peccandum: ergo à for-
tiori peccatum angeli præcessit in præuisione diuina voluntatem Incarnationis, ergo non potuit Incar-
natio esse obiectum eius. Prima vero consequentia per se satis clara viderur. Quia Angelus non potuit
circa Incarnationem versari, nisi postquam illi reue-
lata est, ergo si peccatum Angeli habuisset pro obie-
cto Incarnationem, non potuisset peccatum Angeli præuideri, nisi præuisione reuelatione Incarnationis illi facta: sed reuelatio Incarnationis supponit volunta-
tem Dei præordinantem illam, quia Incarnatio non est reuelata Angelis, vt possibilis tantum, sed vt fu-
tura, & ordinata, ac volita à Deo, in humana natu-
ra. Ergo stante diuina prædestinatione, impossibile fuit, vt hypostatica vnio primum obiectum super-
biæ angelicæ fuerit.

Confirmatur.

6. Probatur
secundo.

Etaugeur difficultas: nam vnio hypostatica re-
uelata est Angelis, vt iam existens in æternitate sub
absoluto decreto voluntatis Dei volentis, vt fieret in
humana natura, & non in angelica, vt ab omnibus
supponitur, & supra in lib. 2. probatum est: ergo im-
possibile fuit, Angelum illam sibi appetere per super-
biam. Probat consequentia, quia talis appetitus
errorem aliquem necessario supponeret in mente
Angeli. Primo quidem, quia iudicare debuit esse sibi
possibilem, vt illam posset appetere: iam vero non
poterat iudicare illam sibi esse possibilem sine erro-
re, quia licet absolute sit possibile, nihilominus facta
tali suppositione diuini decreti, impossibile erat illa
consequi, quia non poterat diuinum decretum mu-
tari, ergo non potuit angelus illam appetere, nisi per
errorem conando contra diuinum decretum, existi-
mandoq; se posse illam consequi, non obstante Dei
voluntate. Diceret forte potuisse illam appetere
simplici affectu, seu volentate conditionata. Sed con-
tra hoc obstant dicta in superiori capite, quibus o-
stentum est, superbiam angeli in appetitu aliquo mo-
do operatiuo, & tendente ad consecutionem, esse con-
stituendum. Et præterea necessarium fuit iudicium
quo angelus sibi persuaderet, talem vnionem sibi esse
magis conuenientem, imo etiam debitam, vel simpli-
ter, vel comparatione hominis, & Deum sibi facere
iniuriam præferendo humanam naturam suæ in col-
latione tantæ dignitatis. Que omnia iudicia erronea
sunt, etiam contra naturale lumen intellectus. Sicut
ergo tale iudicium angelus habere nõ potuit, ita neq;
peccatum, quod illud supponit. Deniq; si quo modo
potuisset angelus peccare circa Incarnationem si re-
uelatam, magis id fuisset per peccatū inuidiæ, quam
superbiæ, vtq; indigne ferendo, quod humanæ na-
turæ tale donum esset conferendum, & non angeli-
cæ, & tristitiam inde concipiendo, quod peccatum
magis charitati, quam humilitati opponitur, & præ-
dicta iudicia falsa non supponit.

Evasio qua
tripliciter
impugna-
tur.
Primo.
Secundo.

Tertio.

7. Secunda &
vera senten-
tia affirma-
tiua.
Probatur
& responde-
tur primo
fundamento
contrario-
rum.

Nihilominus dicendum est, etiam supposito de-
creto diuinæ voluntatis, prout illud de facto habuit,
potuisse luciferum per superbiam in appetitu Incar-
nationis peccare. Hoc supponunt omnes, qui do-
cent, ita de facto peccasse, quos statim referam, & au-
qui hegantes factum, potestatem non negant. Proba-
turq; facile respondendo ad duas difficultates tactas.
Nam, quod attinet ad primam, probabilius credimus,
Christum fuisse primum in toto ordine prædestinatio-
nis diuinæ, atq; ita ante luciferum fuisse Christum
prædestinatum, vt hominem, ad esse filii Dei, seu hu-
manitatem eius ad vnionem hypostaticam fuisse ab-
solute præordinatum. De quo p. 1. in tom. 1. de Incarn.
copiose disputatum est. Hoc ergo fundamento pos-
to, per se notum est, præpositum diuinum de vnione
hypo-

hypostatica facienda, præcessisse ordine rationis præscientiam peccati angelorum, quia præcessit etiã decretum creandi Angelos, quod fuit ratione prius, quam præscientia peccati ipsorum. Ergo à fortiori Christus præordinatus est independentè à peccato angelorum, & antè illius prævisionem. Vnde vltèrius euidentè concluditur, ex parte ordinis diuinæ prædestinationis, nihil obesse, quominus Christus prædestinatus, & Luciferus reuelatus, potuerit esse obiectum peccati eius.

8. Imo addunt aliqui, etiã si verum esset Christum fuisse prædestinatum quodammodo dependentè à peccato Angelorum, & hominum, ita vt si Adam non fuisset peccaturus, Christus non esset venturus, nihilominus potuisse Angelos per occasionem incarnationis sibi reuelata, superbè se efferendo, & humanæ naturæ inuidendo, peccare. Quia non obstante præordinatione incarnationis in remedium peccati generis humani, potuit Christus esse primus prædestinatus, quia decretum de incarnatione non supposuit necessariò præscientiam absolutam peccati futuri, siue in homine, siue in Angelo: sed solum conditionatam scientiam, quæ optime potuit secundum rationem præcedere dictum incarnationis propositum absolutum. Nam per illam scientiam potuit Deus præscire, quod si Luciferum crearet, eiq; reuelaret Verbum suum, assumpturum humanitatem, ac propterea ei præciperet, vt venturum Christum Deum hominem adoraret, & tanquam caput recognosceret, inde sumpturum fuisse Luciferum occasionem superbiendi, & repugnandi: & consequenter potuit simul præscire, quod si post Angelos hominem in tali statu crearet, eique præceptum imponeret, esset ab Angelo iam occasione incarnationis lapsus, tentandus, & vincendus. Et nihilominus cum tota hac præscientia conditionata potuit Deus habere primum decretum, quo voluit Verbum carnem fieri: & statim velle creare Angelos, priusquam mysterium incarnationis exequeretur, & illud reuelare Angelis, permittendo Luciferi lapsum ex occasione eiusdem mysterii, & reuelationis eius futurum, ac deinde velle creare hominem, permittendo eius tentationem, & lapsum, ergo absolute fuit possibile Christum esse prædestinatum occasione peccati futuri in genere humano, & in eo introducti per occasionem peccati Angelorum: & nihilominus, quod peccatum angelorum ex occasione Christi eis reuelati euenerit: quia totus ille prædestinationis ordo antè præscientiam absolutam alicuius peccati futuri consistere potuit.

9. Et hæc quidem sententia quoad distinctionem scientiæ conditionatæ, & absolutæ, prout in præsentibus applicatur, non displicet in eo, quod asserit Christum fuisse prædestinatum post talem præscientiam, & nihilominus esse potuisse obiectum angelicæ superbiæ. Imo illud verissimum credimus: quia scientia Dei conditionata supponit obiectum sub conditione futurum, & illo supposito naturalis est, & quasi mere speculatiua, & extrinseca, quæ rei possibilitatem non aufert, nec contingentiam mutat, & ideo si præscissa conditionata scientia, ex se possibile fuit Angelum peccare circa incarnationem à Deo prædestinatam, ipsiq; Angelos reuelatam, quod illa reuelatio, & prædestinatio incarnationis supponat præscientiam conditionatam peccati futuri sub conditione tali, non aufert ab Angelo potestatem peccandi circa tale obiectum. In eo vero, quod illa sententia dicit, vel supponit potuisse Christum prædestinari in primo signo, vel ante omnes electos, vel etiã simul ratione cum omnibus illis, & prius dignitate, & ordine causalitatis, & nihilominus prædestinari occasione peccati, ac dependentè in aliquo genere ab

illo: & quod auctores illius sententiæ consequenter dicere solent, æque primo fuisse Christum prædestinatum, vt esset Deus homo, & vt esset hominum re-

demptor, & ideo fuisse permissum peccatum Adæ, vt Christus materiam haberet redemptionis. In his (inquam) licet fortasse in se probabilia sint, nunquam illi sententiæ assentire potui, & ideo absolute censens, quod licet non fuisset à Adam peccaturus, vnio Verbi in humana natura fieret, licet officium redemptionis non esset, quia etiam Christus in primo signo fuisse prædestinatus, vt redemptor, certum est, non fuisse Angelis viatoribus sub illa ratione reuelatum, sed tantum sub ratione hominis Dei futuri caput omnium hominum, & angelorum, & ab vtriusq; Deum colendum, & adorandum, sicut de homine in statu Innocentiæ docuit D. Thom. 2. 2. q. 2. 7. eiq; eadem ratio de angelis, vt ibid. ad 1. significat. Vnde etiã supponimus angelos de facto non potuisse in principio peccare circa Christum, vt redemptorem, sed tantum vt excellentiam Dei & hominis habiturum. Et ita non procedit vllò modo in nostra sententia illa prima difficultas.

Ad secundam vero de errore, dicimus, ad peccandum hoc genere superbiæ non fuisse necessariò iudicium aliquod erroneum, aut speculatiuum falsum, sed iudicium practicum imprudens, seu inconscientia fuisse sufficiens. Nam vt Lucifer excellentiam hypostaticam vnionis appetere, satis fuit, vt illi simpliciter possibilem, & sibi maxime contententem esse iudicaret: nam obiectum sic propositum ad voluntatem mouendam erat sufficiens, & voluntas pro libertate sua potuit ad illud se determinare. Illud autem iudicium nullum inuoluit errorem, vt ex dictis manifestum est. Nec obstat, quod Deus absolute decreto voluntatis suæ, humanam, & non angelicam naturam assumere statuerit, & hoc reuelauerit Luciferi, & ipse id crederet, quia hoc non obstante potuit Lucifer non conformare suam voluntatem diuinæ, & illi appetere, quod Deus ipsi dare volebat: quia totò hoc eadè sub libertatem voluntatis minimum se amans. Nec ad habendum illum affectum necessaria erat falsa existimatio, quod tale bonum sine Deo, vel contra eius voluntatem obtineri posset: nam sufficiebat fortis existimatio proprii commodi, ad illud sibi appetendum toto affectu, indigne ferendo, quod Deus illud sibi denegaret. Non consistendo de illud, & inutile contra stimulum calcitrare. Nec etiã oportuit iudicare formaliter (vt sic dicam) Deum esse immensum, aut contra rationem agere, præferendo in ea dignitate naturam humanam angelicæ, & hanc illi subiectam, nec etiã existimare oportuit esse in se melius, vel in ordine ad quoscunq; alios fines convenientius, angelicam naturam assumere, quam humanam, sed tantum superq; fuit, ab his omnibus obiectis, & cõsiderationibus oculis cordis eludere, & tota intentione consistere dignitate illam sibi convenientissimam esse, & ratione suæ naturalis existentis, quasi debita, & alium ordinem à Deo præscriptum, quasi in vltimo iudicio, & contemptu suæ naturæ cedere. Quæ omnia potuit Lucifer, vel explicite, vel saltem implicite, iudicare sine proprio speculatiuo errore, præcise speculando congruitatem illam, quæ ex parte excellentiæ naturæ resultare potest, & quid sibi esset cõmodum, indeq; præcipitando iudicium practicum, & consequenter affectum in tali commodo suo, tanquam in vltimo fine constituendo. Ac deniq; quantum verum sit actum illum appetendi nõ potuisse esse per modum volitionis omnino absolute, facta suppositione contrariæ voluntatis diuinæ Nihilominus non esset contra simplicem complacentiam, sicut circa æqualitatem diuinam esse potuisset. Quia diuina æqualitas est simpliciter impossibilis, & impossibilis, quæ ex decreto Dei nascitur, est per accidens. Et ideo ab hac suppositione præcendendo, & rei possibilitatem, & excellentiam inueniendo, potuit Lucifer, quantum in ipso erat ex determinatione suæ voluntatis habere desiderium effectum.

efficax, & ad executionem tendens. Cuius signum est, quia ex vi talis affectus repugnare, quantum posse voluitati diuinæ, & nolle Christo voluntarie subdi: vel illum, vt caput, & dominum voluntarie recognoscere. His ergo modis possibile fuit, & contingens hoc genus superbiae, etiam ordo diuinæ prædestinationis, qui in Deo fuit, supponatur.

11. *Tractatur iam questio de facto.* Prima sententia negatiua probatur. Tertio igitur loco superest proposita questio, quæ tantum est de facto, an scilicet in facti contingencia huiusmodi fuerit peccatum Luciferi. In quo pacto aliqui moderni Theologi dicunt, etiam si possibile fuerit tale genus peccati, tamen non esse asserendum de facto ita peccasse Luciferum. Ratio est, quia nullum extat fundamentum ad hoc asserendum, ergo affirmari non potest. Antecedens probatur, quia cum questio sit de re præterita, quæ in facto contingenti consistit, non potest per rationem ostendi. Neque etiam habemus testes, per quos tale factum probemus, quia in Scriptura, vel Patribus, nihil de hac re habemus. Nam quædam testimonia, quæ afferri solent vel ex sacra Scriptura, vel ex Patribus, male inducuntur, & nihil probant. Quin potius in terdum Scriptura indicat, aduentum Christi supponisse malitiam diaboli, vt cum Ioan. 1. Canon. capit. 3. dicit: *In hoc apparuit Vilus Dei, vt dissoluat opera diaboli.* Et Paul. ad Hebr. 2. ait, Christum carni, & sanguini participasse, vt destrueret eum, qui habebat mortis imperium, id est, diabolum. Ergo non Christi aduentus fuit occasio primæ ruinae diaboli, sed potius è contrario, ruina Luciferi occasionem Christi aduentus præbuit.

12. *Confirmatur primo.* Et confirmari hoc potest, quia ille modus peccandi, supponit habuisse Angelos in via peculiare præceptum adorandi Christum Dominum Deum hominem, & peccasse nolendo exequi tale præceptum: at vero illud suppositum est contra Patres, Chrysostr. omnis enim id negat hom. 1. de lapsu primi hominis, vbi assignat in hoc differentiam inter hominem, & Angelum, quod ille contra posituum præceptum, hic non habens præceptum posituum peccauit. Et idem sentit in hom. de Adam & Eva. Et indicat Orig. lib. 3. in ad Rom. 3. prope medium. circa illa verba: *Scimus, quia quæcumque lex loquitur, & c. quatenus ex peccato angelorum colligit, eos esse subiectos legi naturali, quæ illatio bona non esset, nisi supponeret, angelos non habuisse positiuam legem.* Accedit, quod si peccatum angeli contra tale præceptum fuisset, esset omissionis, quod Theologi non admittunt. Vnde tandem confirmatur, quia antiqui Theologi non solum huiusmodi peccatum non attribuerunt angelo, verum etiam neq; de illo questionem mouerunt.

13. *Secunda sententia affirmatiua.* Nihilominus valde probabilis est sententia credens, Luciferum de facto peccasse per superbiam, appetendo hypostaticam vnionem, & à principio aduersarium Christi fuisse. Hanc sententiam absolute docuerunt Viger in Inst. Theol. cap. 3. §. 2. vers. 15. Iacob de Valent. in id Psalm. 83. *Exurge Deus, & iudica causam tuam, & in Psal. 102. Catherin. opus de gloria bonorum Angelorum, & lapsu mal. & Genes. 3. in princip. Naciant. ad Ephes. 3.* Eam vero, vt inter cæteras æque, vel magis probabilem defendit Alcan. Martin. in Gloss. mag. Genes. 3. sub tit. *de bello angelico.* Et fere idem habet Malon. 2. d. 6. disp. 2. concl. 7. licet postea aliam opinionem voeet probabilior, de qua infra dicemus. Et idem sentit Molin. 1. p. quest. 62. a 3. memb. 5. sequitur Kuard. art. 8. circa primo. Dionys. etiam Carth. in 2. disp. 5. qu. 1. §. Ampli. si quis hanc attingens opinionem, solum ait, nihil esse remere asserendum. Citari etiam solet Guill. Paris. in lib. 2. de vniuer. part. 2. principali, & parte illius prima, quia c. 106. videtur aliquo modo sequi opinionem Bernardi, tamen c. 110. & sequent. tractans latissime hanc materiam, nihil peculiare de hac opinione dicit. Apertius sequitur opinionem Bernardi: Alex. Alenf. 3. p. q. 2. memb. 13. quam paulo post declarabimus. Atque hanc opinionem attigit in tom. 3. Suarez de Angelis.

p. disp. 42. sect. 1. eamq; grauium auctorum, & valde verisimilem esse dixi, eodemq; modo de illa nunc censo. Fateor enim non esse certam, quia nec ex Script. vel Patribus sufficienter ostenditur, nec ratione conuinci potest, quod de omnibus opinionibus, quæ in hoc puncto probabiles censentur, dici potest: nihilominus tamen inter eas huic tanquam probabiliori libenter adhiereo: quia nulla est, quæ in Script. vel Patribus magis insinuetur, aut verbis eorum magis accomodetur, vel tot coniecturis, & congruentiis verisimilior fiat.

14. *Probatum primo ex Scriptura, & Patribus.* Primo ergo verba Prophetarum, quæ de peccato Luciferi à Patribus communiter exponuntur, vt supra vidimus, sine vlla vi, aut coactione, imo cum maiore verborum proprietate, & simpliciori sensu ad hanc sententiam accomodantur. Nullus enim præter Christum sine arrogantiâ, vel rapina, dicere cum proprietate potuit illa verba Isaiæ 14. *In calum consendam. super astra Dei exaltabo solum meum, sedabo in monte testamenti, ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo.* Ergo nullus affectus superbiae Luciferi melius per illa verba significatur, quam appetitus dignitatis Christi per hypostaticam vnionem. Similiter verba Ezech. 28. *Dixisti Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi cum omni veritate, & humilitate à Christo dici potuissent, ergo superbia Luciferi in appetenda cathedra hypostaticæ vnionis, per eadem verba aptissime explicatur.* Quibus sequentia consonant, *Cum sis homo, & non Deus, dedisti cor tuum, quasi cor Dei.* Et infra, *Elevatum est cor tuum, quasi cor Dei.* Nam sicut per vnionem hypostaticam exaltatum est cor hominis, vt sit cor Dei, ita per superbium appetitum illius vnionis eleuatur voluntas creata, vt quasi voluntas Dei esse concupiscat.

15. *Confirmatur.* Præterea induci merito possunt verba Christi Ioan. 8. ad Iudeos, dicentis: *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis perscrutare, ille homicida erat ab initio, & in veritate non stetit.* Quæ verba licet possint exponi de initio creationis hominum, & de homicidio, quod tunc demon commisisse dici potest, vel procurando hominum peccatum, per quod mors in hunc mundum introducta est, vel ad cædes, & homicidia ab Abelis tempore homines inducendo. Nihilominus optime referuntur ad initium creationis rerum omnium, & ipsorum etiam angelorum: imo in hoc sensu particula *ab initio* in maiori rigore sumitur. Vnde tota illa sententia de primo angeli lapsu, ac peccato recte exponitur. Cui expositioni fauere poterat verbi stetit, tradita ab Augul. lib. 11. de Ciu. c. 13. 14. & 15. Nimirum ideo de diabolo dicta, in veritate non stetit, quia in veritate fuit, sed non permanit: quia statim per superbiam cecidit. Vnde licet non fuerit homicida à primo instanti suæ creationis, sed in secundo, dicitur fuisse homicida ab initio, vel quia parum pro nihilo reputatur, vel quia statim, ac peccare potuit, peccauit, & ex tunc peccare non destitit. Iuxta illud. 1. Ioan. 3. *Ab initio diabolus peccat.* Igitur optime intelligi potest homicidium illud, quod in initio diabolus commisit, fuisse primam transgressionem, per quam in veritate non stetit. Ac proinde non fuisse illud homicidium commissum contra Adamum, & in illo contra humanum genus, sed fuisse prius commissum in Dei Filium, quem futurum hominem Lucifer præcognouit, & statim ob superbiam, & tumor è odio habuit. Ita exponit Rupert. lib. 8. in Ioan. in fin. recte q; confirmat ex antecedentibus verbis, *Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis perscrutare.* Quid enim voluerunt Iudæi perscrutare, nisi mortem Christi: ergo hanc ab initio desiderauit diabolus, & ratione illius dicitur fuisse homicida: nam doluit, quod ille constitueretur hæres vniuersorum, & cupiens præcipere hæreditatem illum odio profectus est.

16. Vnde merito possunt pro hac sententia referri Patres, qui dicunt Luciferum ex inuidia hominis cecidisse. Soletque inprimis allegari Lactantius dicens

Hæc secunda opinio omnibus aliis probabilior est in hac materia.

14. Probatum primo ex Scriptura, & Patribus.

15. Confirmatur.

16.



Reiicitur
Lactant.

Alii Patres
de inuid. & Greg. Nissen. in orat. catech. c. 6. & Iren. lib. 4. citantur im
contra hares. c. 78. & Cypr. libr. de bono patiente sub fin. Vbi
merito.

17.
Bernardus
etiam im
merito refer
tur.

dicens de diabolo, inritum lapsus eius fuisse, quia in
uidit antecessoris suo. Per antecessorem Filium Dei intel
ligens, veruntamen non de filio, vt homine futuro
loquitur, sed fuisse indicat spiritum quendam à
Deo productum, ipsique simillimum. Atque ita de
diuinitate Filii non recte videtur sentire: ideoque
hoc eius testimonium nullius momenti est. Præter
ea citatur Tertull. lib. de pati. capit. 5. dicens diabolum
impacienter tulisse, quod Deus homini omnia sub
iecisset, ideoque homini inuidisse. Item Basil hom. 11.
Alii Patres de inuid. & Greg. Nissen. in orat. catech. c. 6. & Iren. lib. 4.
citantur im contra hares. c. 78. & Cypr. libr. de bono patiente sub fin. Vbi
merito. Tertullianum imitatur: & similia habet in lib. de Zelo,
& luore. Sed hi Patres vel non loquuntur de primo
lapsu angelorum in via, vt Tertull. & Iren. vel saltem
non loquuntur de inuidia, quæ Christum pro obie
cto habuerit.

Hinc præcipue tribui solet hæc sententia Bernar
do in variis locis. Vnus est in ferm. 1. Aduentus. Sed ibi
solum Luciferum per superbiam prius peccasse ait:
Altissimi similitudinem usurpare tentans, & quia rapinam
arbitratus non est, esse se æqualem Deo, & postea homini
inuidisse, & ex illa inuidia ipsam ad peccandum in
duxisse. Nec plus certe docet in altero loco, qui re
fertur solet ex ferm. 2. in Octau. Pasch. Imo in his locis vi
detur tribuere Lucifero appetitum æqualitatis cum
Deo: & licet subiungat, inuidisse Filio, cui talis æ
qualitas primo conuenit, non de filio, vt homine,
sed secundum diuinitatem loquitur: in quo quidem
sensu habet specialem difficultatem eius assertio,
quam in c. 15. attingemus: quicquid vero de illa sit,
in illo loco nihil dicit, quod ad rem præsentem cum
fundamento applicari possit. Tertius, & præci
pius locus est in ferm. 17. in Cantic. vbi credibile esse
dicit Lucifero in statu viæ reuolasse Deum homi
num prædestinationem ad eandem felicitatem An
gelis communem: Ipse autem (inquit) si hoc præseruit, in
luore suo inuidit, & molitus est habere subiectos suos dedi
gnatus. At vero de reuelatione incarnationis, vel in
uidia Christi speciali nihil Bernardus dicit: ideoque
nec hoc testimonium intentam assertionem forma
liter probat.

18.
Ex eodem
pro nostra
sententia su
mitur argu
mentum.

Potest tamen ex illo non leue fundamentum à for
tiori sumi. Nam si ex eo quod Lucifer præseruerit,
homines in parem gloriã fuisse profecturos, colligit
Bernardus, credibile esse Luciferum doluisse, & ex
inuidia hominum peccasse, multo profecto magis
credi potest, si Lucifer præseruit, hominem aliquem
futurum esse multo excellentiorem ipso, non solum
in gloria, sed etiam in gratia vnionis, & in persona
diuine maiestate, indignatum propterea fuisse, ve
hementerque doluisse, & inuidia contabuisse. O
stendimus autem in libr. 2. habuisse omnes Angelos
in via reuelacionem mysterii vnionis hypostaticæ in
natura humana perficiendi. Ergo longe credibilis
est, inde accepisse Luciferum peccandi occasionem.
Vnde quamuis Bernardus in particulari de vnione
loquatur, non tamen illam excludit, imo à fortiori
eam comprehendere videtur. Vnde Alenf. d. m. 3.
Bernardo attribuit, quod de Lucifero senserit præ
seruuisse vnionem Verbi in humana natura, & pro
pterea inuidisse. Idem fateatur Vasquez hic dist. 233. c.
1. ait tamen Bernardum solum tribuere Lucifero in
uidiam de tanto beneficio humane nature conse
rendo, non vero affirmare Luciferum appetuisse si
bi vnionem hypostaticam, nec putat vnum ex alio
inferri posse.

19.
Non tamen
negat Ber
nardus in
diabolo in
uidiam ex
superbia or
tam esse.

Veruntamen negari non potest, quin ante illam
inuidiam superbia præcesserit: iuxta sententiam Au
gust. lib. 11. Genes. ad lit. capit. 4. vbi referendo priorum
Patrum sententiam, addit: Porro hæc inuidia sequitur
superbiam, non præcedit, non enim causa superbiendi est inui
dia, sed causa inuidendi est superbia. Et rationem reddendo
adiungit, Cum igitur superbia sit amor excellentie pro
pria, inuidia vero sit odium felicitatis aliena, quid inde nasci

tur, satis in promptu est. Vnde ipse etiam Bern. in d. ferm.
17. dixit de superbia, Ergo in celo concepti dolorem, & in
par ad se peperit iniquitatem, prolem malitie, matrem mortis,
& arummarum omnium prima parens superbia. Quem imi
tatur est Albert. in 2. dist. 5. a. 4. ad 2. dicens: Vbi præ
domina superbia, sequitur pedessequa inuidia. Quam ergo
Bernardus de inuidia loquitur, non excludit super
biam, sed illam supponit: imo in verbis citatis satis
illam expressit. Nulla autem superbia potuit esse tam
propria causa inuidendi humane nature gratiam vnio
nis hypostaticæ, sicut est appetitus inordinatus
eiusdem excellentiæ, ergo sub illa inuidia hæc super
bia comprehenditur.

Obiici vero potest Augustinus in loco citato, di
cens, Superbum aliquando inuidere equalibus, quod si
quænam, aliquando inferioribus, ne sibi coequalentur, aliquan
do superioribus, quia eis non coequalentur. Ex qua doctrina,
quæ verissima est, sequitur etiam posse aliquem à
fortiori inuidere inferiori, quod supra suam natu
ram exollatur: nam si fugiendo æqualitatem, potest
quis inuidere, multo magis poterit dolere, quod in
ferior sibi præferatur, & ex hac parte maxime potest
inuidia de exaltatione nature humane supra angeli
cam, Luciferum adurere. Tamen inde etiam colligitur,
potuisse Luciferum habere hæc inuidiam non
appetitum vnionis hypostaticæ, ex solo affectu habendi,
seu retinendi suam excellentiam, & præeminenti
am supra naturam humanam, ad quem finem satis
erat de desiderare, ne humana natura ad illam vnionem
eleuaretur, etiam si Lucifer illam suæ nature non
concupisceret. Nam id satis est, vt vere dicatur Lu
cifer ex superbia inuidisse nature humane, & odio
illam habuisse, & sic etiam homicidam ab initio fuisse,
ergo licet Bernardus, & alii dicant, Luciferum in
uidisse humane nature gratiam vnionis, non sequitur
illam appetuisse.

Respondemus nihilominus, licet confessione
cessaria omnino non sit, nihilominus tamen esse val
de credibile, & tacite dictos Patres vnum sub illo
comprehendisse. Quia non potuit Lucifer habere
illam inuidiam, nisi recepta reuelatione, & cogni
tione vnionis hypostaticæ, & credendo esse possibi
lem, ac magnæ æstimationis, & dignitatis, ergo si
Lucifer ex appetitu alicuius excellentiæ istam homi
ni inuidit, verissimum est, hanc eandem sibi appeti
uisse: præsertim ex hypothesi, quod Deus alicuius na
ture create illam dare decreuisset. Et confirmatur
nam superbia Luciferi fuit maxima, quæ secundum
occurrentes circumstantias esse potuit, vt Scripura,
& Patres significant, ergo appetit summam excellen
tiam, quæ in eo momento, in quo peccauit, ipsi oc
currebat. At tunc considerabat vnionem hypostati
cam, vt supremam quandam excellentiam, superan
tem omnem aliam creatam, etiam angelicam, & sibi
connaturalem: hæc enim ratio ex superbia illam
inuidebat humane nature, ergo ob eandem causam
credibilis est, illam sibi appetuisse, tanquam sibi
quodammodo debitam ratione sui decoris, saltem
ex illa suppositione, quod alicui nature create com
municanda erat.

Atque ad hunc modum possunt induci priora
testimonia Patrum dicentium Luciferum inuidisse
homini, quod ad imaginem Dei fieret, vel quod ad
parem beatitudinem cum angelis crearetur: vel sal
tem potest ab hac Patrum sententia ad nostram con
firmandam, argumentum à fortiori sumi. Non quia
idem quia repugnauerit Luciferum inuidere homini,
ex terra bona creata præter vnionem hypostaticam, imo
vt quidam volant, quorum sententiam in hoc non
probo. Nam, in primis Augustinus nos docuit, su
perbum aliquando inferioribus inuidere, quod sibi
coæquantur. Et ratio est in promptu, quia superbus
appetit excessum in dignitate, scientia, potestate, vel
alia simili excellentia: æqualitas autem tollit exce
sum, & superioritatem, ergo esse potest contraria asser
tioni.

Aut superbo, & consequenter esse potest obiectum inuidiz: sic ergo potuit Lucifer inuidere homini x-qualitate. Hæc autem duplex cogitari potest, vna est gratiæ, altera naturæ. In priori facillime id cer- nitur. Quia cum humana natura sit inferior angelica, & per gratiam Dei ad felicitatem saltem in essentia æqualem eleuetur, potuit hoc indigne ferre super- bus Lucifer, & inuidere homini gratiam, & gloriam. Vnde non solum potuit ita inuidere, si forte cogno- uerat aliquos homines futuros esse, vel superiores, vel æquales Angelis, & ipsimet Lucifer in gratia, & gloria, etiam quoad gradum, & indiuidualem in- tensionem, seu perfectionem: verum etiam si sciret, omnes homines fuisse futuros in gradu gloriæ infe- rioris. Quia simpliciter optare voluit, vt ad illam felicitatem non admittenteretur, nolens habere socios, quos inferiores, & tanquam seruos reputabat, & ha- bere volebat.

Probatu- de donis ad gratiam spe- rantiibus.

23. De donis na- tura non vi- detur veri- simile.

Oppositum dicitur aliqui

24. Impugna- tur multi- pliciter.

25. Angelos in- uidisse homi- ni natura- similitudi-

essentialem (vt iam diximus,) siue fuerit, quod homo in statu innocentiz præter gratiam, & supernaturalē iustitiam, multa naturæ ornamenta non connatura- lia, sed speciali Dei dono, addita, acceperit, quod ipsi angeli non habuerunt: in quo videri potuit Deus specialiolem dilectionem, & prouidentiam circa ho- mines, quam circa angelos ostendisse. Siue fuerit quod Deus res omnes inferiores vniuersi subiecit ho- mini, ipsum autem hominem non subiecit angelis, sed sibi soli referuauit, & potius angelos ipsos cir- ca gubernationem, & protectionem, hominum mi- nistros esse voluit. His ergo modis potuit Lucifer do- lere, hominem esse factum ad imaginem Dei. Inde vero sumimus argumentum à fortiori, supposito, quod Lucifer præuiderit, decreuisse Deum, hanc imaginem suam in natura humana existētem sibi ita conungere, vt idem, qui est ad imaginem Dei, sit etiam eiusdem vera, & substantialis imago, multo ma- gis inuidisse hanc dignitatem humanæ naturæ, quam omnes alias, & consequenter plusquam alias, eam sibi appetuisse.

nem gratiæ exornata, non iam naturalem imaginem concluditur

Inde infer- tur a fortio- ri, vnionem hypostaticā inuidisse, vt habet senten- tia

26. Non obstat, quod vnio nis sit super naturalis.

Nec obstat, quod vnio nis sit homo connaturaliter superior Angelis, quod non habet per aliam dignitatem, siue superna- turalem, siue naturalem. Ideoque dignitas vnionis multo magis superbiæ angelicæ obiectum est, & ad sui desiderium magis excitat, & consequenter magis ad inuidiam prouocare potuit, quam dignitas ima- ginis Dei in homine naturaliter existens. Nec etiam obstat, quod excellentia naturæ, quatenus est ad imaginem Dei, sit communis omnibus ho- minibus, atque etiam excellentia gratiæ, & gloriæ ex parte Dei, gratia vero vnionis sit propria, & sin- gularis vnus naturæ: nam potius propter eandem rem esset per superbiam appetibilior, quia su- perbia, quo est maior, eo magis singularem excellen- tiam appetit. Si ergo probabile est inuidisse Lucife- rum homini aliquam excellentiam, vel prærogati- uam creatam, habens illius præscientiam, longe cer- te probabilius est, inuidisse non fieri desideratæ, & eamque sibi appetuisse, si de illa præscientiam ha- buit, vt supponitur. Et similiter, si Lucifer doluit, humanum genus illi non fieri subiectum, multo gra- uius doluit, si cognouit, se vni homini inferiorem, ac subiectum fieri.

Nec obstat, quod hæc dignitas sit supernaturalis, & esse ad imaginem Dei, sit homini naturale, quia potius hoc iuuat: cum quia inuidia in Angelo de do- nis supernaturalibus facilius esse potuit, quam de illa sit super naturalibus, vt declarauit: cum quia per dignitatem vnionis sit homo connaturaliter superior Angelis, quod non habet per aliam dignitatem, siue superna- turalem, siue naturalem. Ideoque dignitas vnionis multo magis superbiæ angelicæ obiectum est, & ad sui desiderium magis excitat, & consequenter magis ad inuidiam prouocare potuit, quam dignitas ima- ginis Dei in homine naturaliter existens. Nec etiam obstat, quod excellentia naturæ, quatenus est ad imaginem Dei, sit communis omnibus ho- minibus, atque etiam excellentia gratiæ, & gloriæ ex parte Dei, gratia vero vnionis sit propria, & sin- gularis vnus naturæ: nam potius propter eandem rem esset per superbiam appetibilior, quia su- perbia, quo est maior, eo magis singularem excellen- tiam appetit. Si ergo probabile est inuidisse Lucife- rum homini aliquam excellentiam, vel prærogati- uam creatam, habens illius præscientiam, longe cer- te probabilius est, inuidisse non fieri desideratæ, & eamque sibi appetuisse, si de illa præscientiam ha- buit, vt supponitur. Et similiter, si Lucifer doluit, humanum genus illi non fieri subiectum, multo gra- uius doluit, si cognouit, se vni homini inferiorem, ac subiectum fieri.

Tandem hæc sententia verisimilior fiet, satisfaci- endo fundamento contrariæ sententiæ. Ratio enim principalis, qua nititur, vel generaliter probat, nihil esse de obiecto superbiæ angelicæ probabiliter opi- nabile, vel nihil contra hanc sententiam urget. Af- sumptum ostendo, interrogando, quodnam obie- ctum superbiæ Luciferi sit nobis in Scriptura clare propositum, aut magis significatum, vel quod possit solari ratione contineri? Nullum profecto. Si ergo in aliis rebus probabiles coniecturæ, vel deductiones ex Scriptura, & Patribus sufficiunt, cur non in hoc pun- cto? Præsertim cum ostensum sit ex modo loquendi Scripturæ, & ex nonnullis Patrum dictis, & ex ali- quibus veris principiis, hunc modum explicandi peccatum Angelorum magna verisimilitudine colli- gi. Quod autem additur, aduentum Christi mali- tiam diaboli supposuisse, verum quidem est, de ad- uentu ad homines redimendos, de quo testimonia ibi citata loquuntur: nam hic aduentus non tantum supponit illam malitiam Angelorum, quæ illos à cæ- lo deiecit, sed etiam illam, quam in deceptione, & in- ductione hominum ad rebellandum contra Deum, commiserunt. Nec enim venit Christus, vt dissolu- eret illa opera diaboli, quibus ipse ex angelo bondi factus diabolus, sed illa, quibus totum genus hu- manum infecit: propter quod redimendum Chri-

27. Respondetur primo fun- damento ne- gativæ sen- tentiæ in n- 11.

Explicatur loca Scriptu- ræ ibi addu- cta.

Quocirca per dignitatem imaginis non credo intellexisse dictos Patres solam naturalem perfectio- nem naturæ rationalis, sed locuros esse de illa imagi- ne, vt specialibus prærogatiuis à Deo ornata, siue illa sit dignitas gratiæ cum ordine ad eandem felicitatem

Suarez de Angelis.



Rus venit. Et in eodem sensu dixit Paulus Christum venisse in carne mortali, ut destrueret imperium diaboli, nimirum, quod in homines propter eorum peccatum acquirerat. Aduentus autem Christi in humana natura assumpta à Verbo absolute, & secundum se spectatus non fuit per se primo ad dissoluenda opera diaboli, nec occasione peccati hominum, vel angelorum, sed propter se, & propter excellentiam mysterii, & diuine bonitatis manifestationem, ac summam communicationem, & propter hominum, & angelorum sanctificationem per fidem in ipsum factus est, & ita optime potuit esse occasio, & offensionis superbiorum, & insipientium angelorum.

28. Circa primam confirmationem in n. 12. Sit primum pronuntiatu bipartitum Prima pars probatur. Secunda pars ostenditur.

Confirmatur primo ratione.

29.

Fauet huic sententia Epiph. hares 64. in his, quæ ex Proclo, & Methodio referit, sic dicent: Spontaneam ipsi (id est, Angelis) habere ad utramque voluntatem Deus ex Patribus constituit, velut etiam hominibus, vt aut obediens Verbo essent cum ipso, & acciperent beatitudinem, eaque fruuerentur, aut non obediens iudicaretur. Vbi loqui videtur de obedientia in obseruatione positiuu præcepti, tum propter comparisonem, quam facit cum hominibus: tum quia dicens, obediens Verbo, insinuat loqui de præcepto specialiter tradito per Verbum Dei: tum denique, quia prius dicit, accepisse Angelos à Deo administrationem vniuersi, & vnicuique fuisse commissam à Deo specialem curam, & modum eius: & malos angelos deliquisse, male vtendo concredita sibi administratione. Hoc autem ad positiuum præceptum pertinet. Et Moses Barceph. tract. de Parad. p. 1. c. 18. aliquantum à principio dicit, Deum in principio, omnibus rebus suas leges modo vnicuique accommodato dedisse. Et angelis (inquit) primam legem dabat, cum ipso crearet, aduersus quam præuaricatus Satan, cum suis copis lapsus est. Deinde alteram illi rursus legem dabat, vt res natura corporeas administrarent. Et in hac posteriori parte videtur loqui de sanctis Angelis: in priori vero non explicat, qualis illa lex fuerit. Addit etiam Durand. fieri potuisse, vt omnes angeli legem specialem acceperint, non appetendi, vel certam excellentiam, vt vnionem hypostaticam, vel primatu inter se præter ordinem à Deo institutum, vel aliquid simile. Vnde si præceptum fuit negatiuum, potuerunt peccatum commissionis contra illud committere, & sic omnino cessabit obiectio. Nam licet Chrysof. tale præceptum negauerit, non cogimur in hoc eius adhaerere sententia.

Secundo vero dicimus ad explicandum peccatum angeli circa vnionem hypostaticam, non esse nobis necessarium, vt speciale præceptum positiuum fuerit angelis impositum, sed sufficit peculiaris Dei institutio, qua posita ex natura rei sequitur præceptum, quod magis naturale, quam positiuum est dicendum: vt quod homines, & angeli per fidem salutem consecuturi essent, institutio est diuina: nam ex natura rei non erat necessaria fides, cum posset Deus alio modo homines, & angelos saluare, sua ergo libera voluntate decreuit, vt vtrisque fides esset ad salutem necessaria: & hanc vocamus diuinam institutionem, qua factum est, vt Deus angelis fidem reuelaret, & sufficienter proposuerit, quod factum est ex libera Dei voluntate: nam illud beneficium non erat debitum Angelo ex natura rei, sed ex Dei voluntate collatum: fuit tamen consequens ad priorem institutionem, qua Deus voluit, vt Angeli posset salutem æternam consequi, & quod fides medium esset ad illam obtinendam necessarium. Hac vero institutione supposita, sequitur in recipiende obligatio credendi, hæc tamen non oritur ex præcepto positiuo, sed ex naturali lege, quæ dicitur Deo loquenti credendum esse. Ita ergo hæc institutio diuina determinat ad fidem Christi: nam per eam voluit Deus Angelos etiam saluare, & ideo illis reuelauit à primatu Christum, vt caput eorum, vt auctorem gratiæ, & salutis eorum. Ad quam institutionem, & reuelationem consequens fuit ex ipsa rei natura obligatio credendi in Christum, & fidei in ipso, eamque amandi, colendi & adorandi. Nec potest tale præceptum negari, supposita prædicta institutione, & reuelatione.

Et ad hoc confirmandum solent adduci verba Pauli ad Hebr. 1. Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit: Et adorans eum omnes angeli. Quod testimonium aliqui contemunt, sed nec non cogat, quia varias habet expositiones, non est cur illa etiam, in qua hic inducitur, improbabili censetur. Nam particula iterum, licet posita ad illam sermonis continuationem referri, etiam intelligitur optime ex parte obiecti de secunda introductione, vt Ribera ibi cum aliis exponit. Item, qualiter sic exposita plures sensus recipiat, quia secunda introductio Christi in orbem terræ, multiplex cogitari potest. Nam Incarnatio ipsa potest dici secunda introductio respectu æternæ generationis Verbi Dei. Et Resurrectio Christi Domini respectu Natiuitatis eius, & secundus aduentus respectu primi, & sic de alijs. Nihilominus etiam est pia expositio, vt prima Christi introductio fuerit per fidem, in mentibus præsertim angelicis, secunda vero fuerit per realem executionem, & conceptionem. Sed quidquid sit de rigore literæ, inde colligimus ad Christi præsentiam, vel representationem consequi præceptum adorandi ipsum: nam ideo dixit Deus, Et adorans eum omnem angelus, quia hoc erat debitum dignitati eius, quam Paulus e loco ostendebat.

Quocirca, licet Christus non reuelaret Angelis, vt specialis causa salutis eorum, id est, vt sancti præficatorem eorum per merita sua futura, sed tantummodo vt Deus homo, & caput eorum latiori modo, teneantur illum adorare, & recognoscere, vt Dominum ex natura rei, & secluso speciali præcepto positiuo, ob excellentiam, & dignitatem, ac inuicem talis personæ: sicut modo Angeli sancti adorant Christum, & vt Dominum, & caput suum recognoscunt, ac venerantur, non ex speciali præcepto positiuo, sed ex naturali obligatione, quæ ex tali obiecto, & conditione personæ consequitur. Quod satis probabiliter colligi potest ex Paulo ad Hebr. 2. vbi de Christo exponit illud Psal. 8. Gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius. Et adiungit, In eo, quod omnia ei subieci-

nihil amissis non subiectum ei: id est, nec angelos, nec homines, vt Gloss. & omnes notant. Hæc autem potestas connaturalis est Christo homini Deo: nam vt in tertia parte ostendimus, connaturale illi est dominium, & potestas excellentiæ super omnes creaturas. Et inde etiam naturalis nascitur obligatio adorandi ipsum, vt Ambrosius, & Glossa super Paulum notat. Vnde à fortiori ex tali mysterio, eiusque cognitione orta est obligatio, non repugnandi tali decreto diuino, nec appetendi illam excellentiam ex affectu dominandi, vel vt alteri debitam. Nam supposita illa institutione, talis repugnancia, vel appetitus non est malus, quia prohibitus, sed est per se malus, & contrarius rationi naturali.

33. Explicatur Chrysof. in n. 12. addit. itus.

Atque hoc modo dictum Chrysofomi negantis præceptum posituum datum angelis, non repugnat huic sententiæ. Quia Chrysofom. non negauit, nec negare potuit aliquam institutionem posituam in Angelis: nam esse administratores spiritus, & ministrare Christo, & illius cognitionem accipere, & similia, quæ Chrysof. negare non potuit, ad institutionem posituam pertinent. Nihilominus tamen potuit negare præceptum pure posituum, quia obligationes, quæ ex illa institutione oriuntur, potius sunt naturales, & de alia pure positua non ita constat. Et patet, quia loquitur Chrysof. per comparationem ad Adamum, in quo fuerunt omnes ille obligationes, quas naturales vocamus, & præter illas datum illi est præceptum non comedendi de ligno sciencie, in hoc autem constituit Chrysof. discrimen inter angelos, & hominem, non in primo. Quia Adam etiam habuit præceptum adorandi Christum, & se illi subiiciendi, illud autem non computatur à Chrysof. inter positua, sed illud solum, quo prohibitus fuit, comedere de ligno, & simile tantum præceptum negat datum esse angelis. Quod est probabile, vel saltem de illo nobis non constat, neque ad rem, de qua agimus, est necessarium.

34. Ad secundam demus, si consequens cum exclusionem sumatur, id confirmatio est, quod sequatur Angelos peccasse solo peccato omissionis, sic negatur sequela: nam, vt explicatum est, habuerunt non tantum præceptum affirmatiuum adorandi Christum, sed etiam negatiuum, non superbiendi contra ipsum, nec iniuriendi illi, contra quæ præcepta, committendo peccarunt. Si vero consequens sumatur cum exclusionem, sic conceditur sequela: quia potuit angelus simul multipliciter peccare, vt exponemus: nec Theologi hoc posterius negant, sed solum illud prius: asseruntque angelorum peccatum non fuisse tantum omissionis, sed primario fuisse commissiõis, cum quo aliquis omisio coniungi potuit. His ergo modis satis credibilis sic dicta sententia, & in sequentibus ostendemus, iuxta illam facilius dissolui dubia, quæ in toto hoc puncto occurrunt, quod, iuxta doctrinam Philosophi, magnum est veritatis indicium.

Ad tertiam ibidem.

CAPITULUM XIV.

Vtrum aliqua alia excellentia vel fuerit, vel esse potuerit obiectum superbiæ Luciferi.

1. PRæter obiecta elationis primi Angeli, de quibus tractauimus, plura alia indicantur à Patribus, quæ in hoc à quatuor præcedentibus, quæ pertractauimus, distingui videntur, quod in prædictis consideratur excellentia obiecti absolute, & sine relatione ad alios, vt subditos, vel superiores, alia vero excellentiæ in huiusmodi respectu consistunt, vel positiuo, vt sunt potestas in alios, dominium, primatus in suis respectu, loco, vel sedes, &c. vel negatiuo, vt non subd alteri, vt agendum non habere superiorem, & ideo ad complemen-

Suares de Angelis.

tum huius puncti, per hæc breuiter discurrere necessarium est.

Prima ergo in hoc ordine sententia est, Luciferum appetuisse cæteris præesse, & hoc fuisse præcipuum obiectum superbiæ illius. Ita opinatur Bonauen in 2. dist. 5. a. 1. q. 2. & indicant Alenz. p. q. 98. memb. 3. in corpore, & ad 2. & 5. 1. Et Guill. Paris. in d. 2. p. de vniuers. c. 109. & 110. 1. part. eius. Qui auctores ita hunc modum dicendi sequuntur, vt alios non excludant. Et sequitur etiã Scot. 2. dist. 5. q. 2. & alii eius sectatores, ibi: Lyran. Isa. 14. & ibi Burg. & Replicator. Habetque fundamentum in verbis Isaie, Supra astra Dei exaltabo solium meum. Solent namque in Scriptura angeli vocari astra, iuxta illud Iob, Cum mel laudarent astra matutina.

Faudent etiam sancti Patres, ex quibus aliqui generatim dicunt, appetuisse daemonem maiorem dignitatem, quam Deus illi tribuisset, vt loquitur Chrysofomus homil. 22. in Genesim. & Avasal. Nicen. quest. 61. in Scriptur. ex Theodor. in libr. 5. capit. de diabolo. Magis in particulari loquitur Basil. in constit. Monast. capit. 10. dicens corruisse Luciferum imperandi libidine. Et Greg. 34. Mor. cap. 14. alias 17. & libr. 4. Epist. cap. 82. ait voluisse alius præesse. Et Augustin. lib. 11. de Ciuit. cap. 33. de demone sic loquitur: Tu mentem tyho propria celsitudinis immenso amore fumantem, suo fastio subdedit, & nocendi libidine exstantem, &c. Et l. 12. cap. 1. dicit, sua potestate delectatum angelum corruisse. Appetitus autem potestatis, & superioritatis idem sunt. Vnde libr. 12. cap. 11. ait de Lucifero: Tyrannico fastu gaudere subditis, quam esse subditum eligens, de spirituali paradiso cecidit. Et libr. 11. Genes. ad lict. cap. 15. Diabolus, inquit, cecidit, qui non amauit pecuniam, sed propriam potestatem. Et infra illum affectum vocat, arrogantem dominationem. Et fauet Hieron. Ezech. 28. dicens peccasse daemonem per superbiam, abusione potestatis, & Bern. serm. 69. in Cantic. dicit peccasse Luciferum, altitudinem potentia affectando.

Ratio autem pro hac sententia solum esse potest, quia hoc obiectum superbiæ fuit possibile Angelo, & est maxime proprium superbiæ. Imo Scotus supra, existimat solum appetitum excellentiæ cum respectu ad alios, quos superbus sibi subiectos cupit, esse propriam, & specialem superbiæ. Ergo verisimile est, hunc affectum in Lucifero prædominasse. Tanto enim superbia maior est, quanto supra meliores, & excellentiores extollitur. Fuit autem superbia Luciferi maxima, & alii Angeli erant inter res creatas excellentiores, ergo illi maxime præesse voluit. Nam creatori dominari appetere non potuit.

In hac vero sententia difficile explicatu est, quis esse potuerit hic primatus, quem Lucifer super alios per affectum superbiæ concupiscere potuit. Quam primo respectu aliorum Angelorum proponemus. Quia vel primatus ille fuit tantum in excessu perfectionis, vel in aliqua prælatione cum potestate super omnes alios: neutrum autem videtur posse facile intelligi, ergo. Probatur minor, quoad priorem partem, quia si Lucifer fuit supremus omnium Angelorum in perfectione naturali, in illa non potuit inordinate appetere primatum, quem iam habebat, & illum amare, vel de illo gaudere sine magna superbia poterat: nec etiam in perfectione gratiæ potuit affectare excellentiam respectu aliorum, quia gratia data est angelis secundum proportionem naturalium, & ita illam etiam excellentiam iam habebat. Quod si forte maiorem excessum desiderabat, iam prima ratio superbiæ non fuit respectiua (vt sic dicam) comparatione aliorum: sed absoluta, quia excessit in appetitu supernaturalis beatitudinis ex parte obiecti, quod pertinet ad diffeultatem in cap. tractatam.

Vnde auctores pro hac opinione citati magis in-

dicant partem alteram de potestate. Contra illam Deinde nec vero probatur minor, quia potestas illa cogitari potest

2. Prima sententia asserens Luciferum alius præesse voluisse.

3. Probatur primo ex Patribus.

4. Probatur secundo ratione.

5. Impugnatur hæc sententia quoad superioritatem respectu angelorum. Primo, quia non potuit consistere in excellentiori natura vel gratia.

6. in potestate test